Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



145

mos princeps tenebrarum inuenit. Consuetudo prophete est uetera pro
agendo loquitur, Ecce enim in iniquitatib; conceptus sum et in peccatis concepit
me mater mea; hic uersiculus. tocius generis humani casum exponit,
Sicut in iob. Nec si unus diei sit super terram non potest esse mundus a sordes pec
cati. Concipit autem et nascitur in originale peccato. quod ex adam trahitur.
sed baptismo per gratiam xpi purificatur. Uelut iusti iudicetis in sermonibus.
et iuncas cum iudicatis. Hunc locum diligentius in epistola ad romanos pau
lus edisserit. quod dis cum possit de nobis iudicis auctoritate discernere non hoc fe
sed nobiscum uelle iudicari ut magis iustitia appareat iudicantis. In pec
catis concepit me mater mea, Obscurus locus et altius reuolutandus.
Ecce enim ueritatem dilexisti. eum propheta peccatis famulum increpanti
Ueritatem dilexisti ueritas xpus est. quia pater diligit filium suum, Uel diligit
confessionem ex ore peccatores. Incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti
mihi. hoc est quod alio loco ait. Reuela oculos meos et considerabo mirabilia
de lege tua incertum et abditum mihi erat. si remittis tale facimus. sed manifestum est
cum ignoscere dignatus es delinquenti, Sapientiae enim tuae est ut prius increpes
sic remittas. Nam et immutas occulta enim sapientia pietatis tuae cum dice
res est. Quiescit si conuertatur a furore suo dis et non perimus, Uel dis per nathan pro
phetam incerta et occulta manifestauit: id est ut ameuit dauid. quando dic dimissum
est peccatum tuum. Sicut in mutte subuersi sunt de malo in bonum. per ductionem
ionae, Asperges me hysopo et mundabor. Sicut enim hysopo terreno cu
randis pulmones; aptum est ut auertat infactionem. ita celesti quire spersus
hysopo. id est humilitatem cordis. ab omne superbiae malignitate purgatur,
Lauabis me et super niuem dealbabor. Ut quia peccata mea sunt fenicio similia
quasi nix dealbentur, Tunquam dno potens es peccatum piceo in lateo cum
dore transferre facinorosum quae ebinum in cristalli fulgore conuertere
Uel lauabis me. hoc est per paenitentiam et baptismum et super niuem dealbabor,
Sicut dixit esaias. si fuerint peccata uestra sicut fenicium uelut niue dealbo.,
Audtui meo dabis gaudium et laetitiam. Cum iacens in infirmitate peccati
audire meruero., homo dimissa sunt tibi peccata tua, Uel audituri dicere
quando dixit e nathan dimissum est peccatum tuum, Et exultabunt ossa hu
miliata id est uirtutes quae prius fuerunt peccata humiliata uel aeternitas
spiritus quae peccante humiliata fuerat. et indulgentia exultat, Auerte
faciem tuam a peccatis meis. Nec ita sic aspicias ut reuertantur in commemo
ratione tua, Auerte faciem tuam, Et sic dicat Ne uideas ne recorderis illa